

Rabbini.

nam vitulus ex auro erat fabricatus; aurum autem in igne non comminuitur in cineres, sed quaedam materia liquida fit. Autumant Rabbini, quod vitulus conflatus est in igne ab Aarone non appofita aliqua forma, vel figura; sed occulta aliqua vi, & confirmant ex his, quae Aaron dixit Moyfi. Ego eis dixi. Quis uestrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi; & proieci illud in ignem, egressusq; est hic vitulus. Ibidem. num. 24. Hinc Tornielius ad annum 2544. num. 49. existimat, quod vitulus redactus est in puluerem occulta quadam qualitate. Et merito sane ignis, qui habuit efficaciam, & vim ad efficiendum vitulum, vt populus idolatraret, habeat etiam vim, ac efficaciam, vt vitulum comminuat in puluerem, vt idololatria euertatur, ne magis inseruiat iniquitati ignis, quam aequitati; vorax flamma, quae ministravit peccati fomentum; deleat, ac extinguat peccati materiam.

97. Ambros.

Diuina vocatio replet bonis, & dat vires. Eusebius.

Quintò. Ambros. lib. in Lucà ad c. 9. Qui vocatur ad cenam, ait, prius vocando sanatur. Si claudus fuit, gradiendi facultate, vt veniret, accepit; si lumine oculorum priuatus, domus vtiq; Domini, nisi refusa luce intrare non poterat. Vocantur caeci, debiles, ac claudi; ac ex eo quod vocantur, ipsa diuina vocatio caecos illuminauit, debiles roborauit, claudos erexit, ac consolidauit, eisq; vim ambulandi dedit. Eusebius Emisenus homil. huius Euangel. Pauperes, debiles, caeci, & claudi erant, inuitati tamen ad conuiuium Christi, diuites, & fortes facti sunt, & interiorius illuminati, iam in via non errant, sed recto tramite gradiuntur. Quos enim Deus vocat, eis vires dat, vt suae vocationis munus adimpleant, si sequantur. D. Ambros. lib. 1. de poenit. cap. 6. Iube, ait, impleatur domus mea, quia quem tu vocaueris, dignum facis, si sequatur.

Ambros.

98. Ierem. 1.

Dei vocatio dat animum, ac vires.

Cum Ieremias se excusaret à legatione iniuncta à Deo, quia puer erat. A. A. A. Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Ierem. 1. n. 6. Respondit Dominus. Noli dicere puer sum: quoniam ad omnia, quae mittam te ibis, & vniuersa quaecumq; mandauero tibi, loqueris. Ac si ei esset dictum, non consideres vires tuas, sed me te mittentem, nam quamuis puer sis, cum ego mitterem te, non puer debilis, ac infcius loquendi eris, sed vir valde fortis, ac loquendi disertissimus, si voluntate tua velis ire ad quos ego mitto te. Diuus Hieron. Tuae sit tantum voluntatis, vt pergas: me habebis comitem: quo cum cuncta adiuuante complebis: aperi os tuum, & implebo illud. Nec consideres multitudinem eorum, ad quos, & contra quos locuturus es: sed me, qui tecum sum.

99. Genes. 3.

Peccauit Adamus, qui eum audisset vocem Dei deambulantis in paradiso, quae vox, vt volunt Cornelius, & alij, erat quidam strepitus, & fragor arborum concitatus ex Dei praesentia venientis. Abscondit se Adam. Inclamat Deus dicens. Adam ubi es. Statim exiuit à loco illo, & coram illa visibili imagine, quae in effigie humana representabat Deum se praeset, & totam rei serie fatetur. Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Gen. 3. n. 10. Adamus totus verecundia affectus, vt audiuit arborum strepitum ex Deo gradiente abscondit se, quaeritur à Deo, de loco, in quo est. Adam ubi es. Cur non tantum quiescit, vt ad interrogata respondeat? v. g. sum in hoc, vel illo loco, sub hac, vel illa arbore, cur vltra procedit, vt egrediatur, coramque se Deo exhibeat, totum ordinem rerum exponat; vocem tuam audiui, & timui, eo quod nudus essem,

& abscondi me. Cur vltra interrogata loquitur? Verum est, quod Adamus ex suo peccato, ac inobedientia erubescens se abdiderat, sed cum Deus eum vocat, vt ex culpa reduceret ad gratiam, ac statum pristinum; ipsamet Dei vocatio dat vires, vt à loco illo exeat, verecundiam deponat, animum concipiat, totumque negotium sui aperiat, ac fateatur. Vocem tuam audiui, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. D. Philipp. Abbas cap. 5. de salute primi hominis. Vt mihi videtur, ait, diuina Scripturae historiae, id quod dictum est, vocauit Deus Adam, non perfuntorie attendi voluit, sed in eo primum vocantis affectum, magnum vocati profectum intelligi debere communiter.

Dei vocatio dat vires, ac animum

Philipp. Abb.

QUESTIO XV.

Quare hic homo toties inuitat, & quaerit homines ad mensam suam, cum ipse olim fuisset quaesitus, & minime inuentus?

HOMO iste, qui fecit cenam magnam, est Vnigenitus Dei filius factus homo, scilicet Christus Dominus qui multipliciter, primò, secundò, ac tertio vocat ad mensam suam. Primò mandauit dicere inuitatis, vt venirent. Qui omnes neglexerunt, inurbano, ac rustico modo se excusantes non possum venire: & quamuis his auditis Paterfamilias esset iratus, tamen tunc nec ali-quod supplicium in eos intulit, nec eos comminatus est, nec aliqua verba dura in illos protulit, sed haec omnia dissimulans, dixit secundo seruo suo. Exi cito in plateas, & in vicis ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & claudos introduc huc. Qui omnes, quamuis pauperes, ac debiles noluerunt accedere, sed aliqui ex eis contempserunt, & ideo seruus dixit Domino: adhuc locus est. Tamen tertio adhuc omnes vocat, ait seruo. Exi in vias, & sepes, & compelles intrare, vt impleatur domus mea. At verò olim ipse Filius Dei quaerebatur, & aliquando non inueniebatur. Dicebat sponia. In lectulo meo per noctes quaesui, quem diligit anima mea, quaesui illum, & non inueni. Cantic. 3. num. 1. Et iterum. Per vicis, & plateas quaeram quem diligit anima mea, quaesui illum, & non inueni. Ibidem. num. 2. Et iterum idem haberet Cantic. 5. num. 6.

100.

Difficultas quaestionis.

Res multa ponderatione digna, modo hic homo, seu Vnigenitus Dei, multipliciter quaerit homines ad mensam suam, & non inuenit, & antiquitus quaerebatur, & non inueniebatur. Modò homines inciuiles, absque debita reuerentia agentes, mensamque suam contemnentes, patienter suffert, ac sustinet, & olim pro qualibet offensa rigidas poenas infligebat; vnde à David dicitur. Psalm. 93. num. 1. Deus ultionum Dominus, Deus ultionum, siue capiens ultionem.

Cantic. 3.

Cantic. 5.

101.

Psalm 93.

Ait D. August. lib. Contra Faustum Manichaeum. Vnigenitus in sinu Patris, antequam traherem nostra carnis assumeret, quaerebant eum desiderantes, scilicet homines, & non habebant; factus verò homo tanquam vermis in homines, homines quaerit, & paucos inuenit. Antequam Dei filius fieret homo, erat in sinu Patris sui, in throno suae maiestatis, & ab Angelis adoratus, quem hominem factum maxime homines desiderabant, vt radiis eius praesentiae, colloquij, ac doctrinae illuminarentur,

102.

August.

Arabicus. Compelle illos quousque intrent.

EXPOSITIO VI.



IT seruus. Diligentissimus erat hic seruus, maximeque dictis Domini sui parens, & quamuis primò, secundò, ac tertio mittatur, numquam se excusat, nec laborem refugit, nec priorum aculationem perterritus, ac obicit, nec imperium Domini expendit, ac diiudicat, agnoscens sui muneris tantum esse, promptè obedire, & impedimenta Domini mandatis non opponere: factum est vt imperasti. Adducti sunt ex plateis claudi, pauperes, caeci, idest vt explicat Carthusianus, praedicaui in Iudaeis, ex quo Iudaeorum vulgo ad cenam tuam adduximus publicanos, peccatores, ac meretrices. Adhuc locus est. His hominibus adductis adhuc numerus electorum non est completus. Valde charitate feruidus erat hic seruus, & quamuis plures adduceret adhuc multo plures optabat. Moraliter adhuc locus est. Cur bone serue hunc locum non tibi referuas, si omnes fedes fuerint expletae, tibi non erit aliquis locus, vt sedeas: bonus seruus bona Domini sui, non sibi sed aliis volebat, vt magis magnificentia Domini sui ampliaretur, cum de illa multo plures fierent participes.

106.

Obdiens non diiudicat imperium superioris. Cathuf.

Et ait Dominus seruo: Exi. Extra ciuitatem Ierusalem, ac regnum Iudae, & voca ad Christum gentes longè lateque per totum orbem diffusas. Theophylact. Israelitae fuerunt intra ciuitatem, vt qui legem susceperant, & ciuiliorem vitam sortiti: Gentiles autem à testamentis, & à lege Dei alieni erant, non facti ciues sanctorum. Vt ait Paulus. Eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Ad Ephes. 2. num. 12. Exi in vias, quae ducunt ad quascumque extremas orbis gentes, & bene per vias gentes denotantur, ait Euthym. Vt ipse non munita lege, ac diuina custodia, seu visitatione, sicut habitatio Iudaeorum. Et addit: Et spes. Per quas significantur homines rusticani, ac barbari, more belluarum sepius, ac syluis habitantes. Titus Bostren. Significatur, ait, post Israelitas per fidem introductos, gentium quoque, populum fuisse vocandum, mente agrestem, animo effratum quasi extra vrbes, absque vlla prorsus ciuitate natum, & educatum, neque enim vllis omnino bonis legibus, aut moribus utebantur: verum peccatum more, in magna quadam rationis caligine, & amentia versabantur. Ad has omnes gentes Apostolici viri missi sunt. Ex quo nota. Quod hic non addidit seruus: factum est, vt imperasti, vt in legatione ad Iudaeos, quia in gentibus nondum plene factum est, haec enim ab exordio Euangelij vocatae sunt, & modo vocantur, & vsque in finem mundi vocabuntur, & semper venient.

107.

Theophyl.

Ephes. 2.

Euthym.

Bostren.

108.

Compelle intrare. Non hoc dicit, quasi quod vocatione miantur libertas, solus enim haereticus hoc astruet, sed hoc loquendi methodo vititur, vt parabole metaphora retineatur, sermo enim erat ad homines tanquam belluinos, & syluestres, & ideo ait; quod more belluarum compelle intrare in ouile Christi illa eorum libertate, compelle viuacitate verborum, efficacia doctrinae, vita, & exemplo tuo. operibus, miraculis, prodigijs, ac ostentationibus à se factis, & etiam poenis, ac doloribus inflctis, & extremi iudicij, ac inferni terroribus

Gentium vocatio in multiplici gratia

Titelaan. Ghisler. Cornelius.

103.

Psalm. 118. Interlin.

104.

Deiectus à principum gratia multa tolerat.

105.

Psalm. 74. Lorinus.

August.

tur, & ideo dicitur: In lectulo meo per noctes quaesui, quem diligit anima mea. Nam natura humana tunc tanquam infirma iacebat in lectulo per omnia illa antecedentia saecula, quae cum Verbi praesentia carerent densissima tenebrarum caligine erant occupata, & ideo dicitur per noctes, vt explicant Titelman. Ghislerius: Exposit. 1. in fine. Et alij tacito nomine apud Cornel. in primo sensu.

At verò factus homo cum apud mundanos, & iniquos contemptibilis tanquam vermis reputaretur, à principibus, ac magnatibus Iudaeorum sacrilege magno odio persequeretur, eorum inurbanitates, contumelias ac opprobria cum multa modestia, ac patientia sustinet, hominesque ad mensam, ac cenam multipliciter inuitat, & quaerit, & paucos inuenit. Vnigenitus in sinu Patris, quaerebatur, & non inueniebatur, vt eius praesentia, ac colloquio homines fruerentur; At factus homo homines sedule quaerit, ad quod forte respiciens David dicebat. Errans sicut ovis, quaerit: require seruum tuum. Psalm. 118. n. 176. Interlin. O Christe require seruum tuum. Et tamen ob hominum malitiam paucos inuenit.

Sensum mysticum ex his etiam eruamus, vt aliquid ad mores etiam dicamus. Cum quis est in alto fastigio, sublimitate, ab omnibus adoratur, quaeritur, ac haberi desideratur, offensaque in eum commissa dira poena praestolantur, si verò à principum, ac magnorum fauore est deiectus, ab illorumque gratia cadit, & à sua dignitate tanquam priuatus aestimatur, vt contemptibilis habetur, tunc ipse temporè se accommodans, multa dissimulat, omnia suffert, ac tolerat, qualibet re contentus est.

In Christi Domini persona ait Regius vates. Narrabimus mirabilia tua, cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Psalm. 74 num. 3. Quid est, quod ait, cum accepero tempus, seu vt legit Lorinus ex Graeco. Cum accepero opportunitatem temporis. Ipse enim cum sit Dei filius, omnia tempora habet sub potestate sua. Perbelle D. Augustin. ibi. Accepit tempus, vt filius hominis; gubernat tempora, vt filius Dei. Ipse vtpote verus Dei filius omnium temporum disponit, ac ordinat articulos. At verò vt filius hominis degens inter homines non receptus à Iudaeis, ad quos primum missus est, accipit tempus, vt enarraret Dei Patris mirabilia gentibus ad fidem conuersis, vt explicat Eusebius apud Gellium. Pro hac thesi grauius confirmanda, vide infra. cap. 28. quaest. 20. num. 155 & 156.

Luc. 14. n. 22. Et ait seruus: Domine factum est, vt imperasti, & adhuc locus est.

Num. 23. Et ait Dominus seruo: exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.

VERSIONES.

Syriac. n. 22. Domine mi factum est, vt praecipisti.

Arabicus. Feci quod imperasti.

Vat ablus. Et adhuc superest.

Syriacus n. 23. Exi in vias, & sepes, & compelle intrare.



1. Thefal. 2. terroribus iniectis. Vnde ait Paulus. 1. Thefal. 2. n. 5. Euangelium nostrum, non fuit ad vos in sermone tantum sed & in virtute, & Spiritu sancto, & in plenitudine multa. Scilicet diuinæ gratiæ, qua Deus fortiter, & suauiter disponit omnia, vt videre est in conuersione Pauli. Vt impleatur domus mea. Ex omnibus gentibus, tribubus, & populis, ac inguis. Apocal. 7. n. 9.

QVÆSTIO XVI.

Quare hic homo non patitur, vt aliquis locus sit vacuus in mensa sua?

109. Dixit seruus domino suo: factum est, vt im- perasti. Vocati nempe sunt multi, addidit tamen. Adhuc locus est, seu, vt legit Vatabl. superest, & est vacuus occupante, quod cum audisset Dominus, impatiens, quod illa sedes esset inexplata, mandat seruo, vt exeat in vias, claudos, & cæcos introducat, cuius rei rationem ipse Dominus assignat. Vt impleatur domus mea. Gloss. Interlin. Numero predestinatorum fidelium, qui numerus inexplatus non remanebit. Coniuiæ à Deo vocabuntur, quoadiu prœdestinatorum numerus non fuerit expletus: postquam autem fuerit expletus, tunc vocatio cessabit, mundique finis aderit.

110. Notandum est, quod subintelligitur, quod dixerit Dominus seruo suo: exi, scilicet cito, ac diligenter in vias, & sepes, sicut in secunda legatione dictum est ei: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis. Erat enim hora cœnæ, vnde tantam diligentiam mandat seruo? Non volebat Dominus, moraliter dicamus, vt aliquid sui panis, ac cibi seruaretur in diem alterum, sed totum disponebat sedule in pauperes expendere. Cum Parens meus Elias absconditus esset Carith. Corni deserebant ei panem; & carnes mane, similiter panem, & carnes vesperi. 3. Reg. 17. num. 6. Cur alimentum asportant mane, & vesperi? Cur non potius semel tantum pro tota die: sicut manna valde diluculo descendebat pro pro integra die. Exod. 16. num. 21. Tamen corui mane, & vesperi adducunt panem, & carnes ad Eliam. Viuebat ille in multa perfectione, & tunc populus penuria famis laborabat; in domo autem Prophetæ non seruatur panis, præcipue cum populus fame tabescit, & ideo pro duplici refecione Eliæ hora opportuna dupliciter cibus deferatur.

111. Ad quætionem. Respondeo, quod etiam apud mundiales pro magno statu, ac maiestate iudicetur habere multas sedes, ac dignitates vacuas. Tamen hic bonus Paterfamilias non sustinuit videre in domo sua sedem inexplatam, ac nō occupatam; creauit Deus mundum, filium suum misit in terris in carne passibili, eumque morti tradidit, vt vacuæ sedes ex Angelis, qui cecideant, hominibus electis occuparentur, vt notant N. Incognitus, Hugo, Caietan., Iansen. Lorinus, & alij ad Psalm. 109. num. 6. Iudicabit in nationibus, implebit vniuersas. Iuxta illud Pauli ad Ephes. 1. num. 10. Proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt. Vt ibi explicant D. Chrysofostom. Theophylactus, Euthymius, Theodoret. D. Thom. & alij. Nonne in ipso cælo erat magna multitudo Angelorum? Millia millium ministrabant ei, & decies milies, & centena milia assi-

stant ei. Daniel. 7. num. 10. & vnusquisque horum Angelorum suam habebat sedem; quid ergo, si aliqua sedes essent vacuæ, vt inter cœtera motiua hoc etiam vnus extaret, vt filium suum morti traderet æternus Pater ad implendas ruinas, & ad instauranda omnia in Christo Deus Pater bonitate infinitus non passus est sedes vacuas in suo regni palatio, indeque mortem filij decreuit, vt in ipso omnia instaurarentur in cælis, hominibusque prædestinatis Angelorum ruina adimplerentur. D. Anselm. Erat illud sacramentum, ait, eam instauracionem facere in Christo, vt in eo restaurarentur, quæ in cælis sunt, scilicet numerus beatorum Angelorum, qui diuinitus erat sublatus, cadentibus inde reprobis Angelis.

Quamuis Saul esset valde iniquus, tamen videns, quod in mensa eius apparuit vacuus locus Dauid. 1. Reg. 20. num. 27. Quærit, & interrogat, cur ipse non venerit, ex quo patet, ait Abulens, quod Dauid habebat locum certum, ac determinatum in mensa regis; Saul non poterat suis oculis videre Dauidem; nam certo existimabat, quod à se, ac à filiis suis regnum pro ipsum esset auferendum; & tamen, cum ille deesset, quærit, cur non venerit, Cur non venit filius Isai. Pro tanta ignominia reputabat Saul, quod locus vacuus in mensa sua appareret, vt potius eligeret propriis oculis sui regni spoliatorum videre, quam locum inoccupatum ante se intueri.

QVÆSTIO XVII.

Quomodo compellendi sunt inuitati ad cœnam?

RESPONDEO. Quod verbum compelle, non significat aliquod præiudicium nostræ voluntariæ libertatis, vt iam dixi in expositione, sed hac voce primo denotatur vehemens patrisfamilias desiderium, & summa eius liberalitas, cupientis suas dapes quæ plurimis communicate, nullam hominis conditionem respicientis. Secundò. Denotatur magna vis Diuini verbi, ac prædicationis Euangelicæ, multis miraculis stabilitæ, vt illa videantur homines tanquam compulsi, vt Dei præconibus vocantibus acquiescerent, vt ad cœnam patrisfamilias ingrederentur. Tertio. Notatur eximia hominis miseria, ac fragilitas, vt aduertit D. Chrysofostom. homil. 70. in Matth. Quid igitur, ait, dementius inuenitur, quam cum in nuptias vocaris, resiliere. Tanta est hominis dementia, ac fragilitas, vt ex se non velit ad festiuissima gaudia ire, nisi vehementer adductus, & tractus.

Quartò. D. Augustin. serm. 33. de verbis Domini. Abstrahantur à seipibus à spiritibus: sed cogi nolunt. Voluntate, inquit, nostra intremus. Non hoc Dominus imperauit; coge, inquit, intrare, foris inueniatur necessitas, nascitur inde voluntas. Multis, & variis modis poterat Deus eos ad se perducere, vult tamen vt aliquando labore, calamitate, ac pressura compellantur ad cœlestia venire. Sæpe enim ipsa necessitas, quæ foris est, in hoc scilicet mundo extra Christi sequelam, occasio est, vt inde profiliat bona voluntas dolendi de peccatis, ad Deumque toto corde accedendi: foris inueniatur necessitas, nascitur inde voluntas. Hoc ex ærumnis lucrum ponderat D. Augustin. serm. 120. de sancto latrone verba faciens. Quem saluti culpa perdidit

perdidit, perditio inuenit, cruciatus absoluit, damnatio consecrauit. Vide supra c. 7. q. 6. n. 46. 47. 48. & infra cap. 27. & tom. 1. 2. & 3. Verbum labor.

115. Beda. Quintò. Beda. Sicut nonnulli, ait, qui bona faciendâ intelligunt, sed hæc facere desistunt. His plerumq; contingit, vt eos in carnalibus desiderijs suis mundi huius aduersitas feriat. Sæpe namq; aut longa ægritudine tabescunt, aut afflictu mirris concidunt, aut percussi grauioribus damnis affliguntur, seque ipsos in suis desiderijs reprehendentes ad Dominum corda conuertunt. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti ad Dei amorem redeunt, quid isti nisi compelluntur, vt intrent. Sæpe homines in delicijs degunt, voluptatibusque suis immergi sunt, sed immissa infirmitate à Deo, ad ipsum sic trahuntur, vt videantur compelli intrare in Dominicam cœnam, vt hæreditatem salutis capiant. D. Isaac. lib. 1. de contemptu mundi: Sic scribit: Cum infirmaveris, dic, beatus est is, qui meruit à Domino tentari in his, quibus vitam hæreditate possidemus, infirmitates enim corporis adsunt pro animæ salute.

116. Venerunt quidam Amalecitarum latruuculi cum puero Agyptio in Siceleg, & impetum facientes, eam incendunt igne, & ablata præda cum recederent, præ ægritudine, qua laborauerat, reliquerunt puerum Agyptium in via, vt ipse dixit. Dereliqui me Dominus meus, quia ægrotae cepi nudius tertius. 1. Reg. 30. num. 13. Quem cum inuenisset Dauid, dedit ei cibum, vt vesceretur, ac aquam vt biberet; Non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus noctibus. Quo refocillatus est spiritus eius, ac confortatus, qui factus est socius, ac dux Dauid, qui duxit eum ad locum illu, in quo latruuculi festiue erant exultantes, quos comprehendens Dauid persecutus est eos vique ad interuencionem. Vnde puero Agyptio, ac idololatæ tot nata sunt bona, vt ab latruuculis recederet, mortem euaderet, ac socius, & dux esset Dauid, à quo sine dubio multa præclara documenta in ordine ad salutem accepit? Ipsa ægritudo, quæ eum vexauerat, sic euegit, vt tanta felicitate esset condecoratus, vt mortem euadens vitam inueniret; præ ægritudine relinquit eum Amalecita, præ ægritudine reperit ei Dauid, à quo cibo corroboratus, dux, & socius eius factus. O quæ plures, qui ob ægritudinē, labores ac pressuras videntur derelicti à mundo, mundialibusque voluptatibus; quos ob ægritudinem inuenit Christus Deus, eosque in Ecclesia sua facit iustorum socios, & etiam duces in salute, ac conuersione multorum, quos ab Amalechitis demonibus scilicet eripuit. D. Gregor. Magn. homil. 36. in Euangel. Puer Agyptius, ait, relinquitur in via: peccator quisq; dum infirmari ab huius mundi statu caperit, nox secularibus mentibus in despectum venit. Quem tamen Dauid inuenit, eique cibum, & panem præbet: quia manu fortis Dominus abiecti mundi non despicit, & plerumq; eos, qui sequi mundum inuicem valentes, quasi in via remanent, ad amoris sui gratiam conuertit, eiq; verbis cibum, potumq; porrigit: & quasi duces sibi in via eligit, dum suos etiam prædicatores facit.

117. Cum Abrahamus, ac Sara descenderent in Agyptum ex foedere inito dixit Abrahamus, quod Sara soror sua esset. Videntes Agyptij mulierem pulcherrimam. Nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum, & sublata est mulier in domum Pharaonis. Genes. 12. num. 15. Qui minime eam tetigit; Quomodo fieri potest? Sylueira in Euang. Tom. IV.

118. Infirmitate mouetur homo in Deo. 119. Infirmos compelli ad Deum. 120. Infirmitate mouetur homo in Deo.

tuit, vt rex idololatæ, delicijs deditus, habens mulierem venustissimam in domo sua, præcipue cum audiret non esset vxorata, quod ab ea se abstinerit; dicitur in textu. Flagellauit autem Deus Pharaonem plagis maximis. Immissa nempe infirmitate quadam, quæ etiam videretur infirmitas, extitit salutis occasio, etiam videretur vexatio, fuit quædam malorum præseruatio, vt homo à grauissimo adulterij crimine custodiretur, ne in diuinum iudicium, ac extremam mortis poenam incideret. Theodoret. q. 61. in Genes. Constat, ait, quod rapta Sara, statim dispensator omnium obstrinxit morbo qui libidinem eius fregit, & venator habens intra retia prædam, capta frui non potuit, quia morbus non permisit.

QVÆSTIO XVIII.

Quare nec primi, nec secundi inuitati compelluntur, sed tantum hi tertij?

TRIPLICITER Paterfamilias per suum seruum mandauit adducere homines ad suam cœnam. Primò vocauit inuitatos, qui se vel excusarunt ob villam empram, vel obiuga bouum, seu ob vxorem adductam. Secundò imperauit per plateas, & vicos conuocare pauperes, & debiles. Tertio iubet seruo: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare; quoscumque inuenieris pauperes, debiles, & cæcos. Cur ergo nec primi, nec secundi, sed tantum tertij compelluntur?

Primò respondeo ad quætionem, Primi vocati fuerunt principes, ac primates Iudæorum, vt ex D. Cyrillo, D. August. ac D. Gregor. iam dixi. Secundi inuitati sunt multi ex plebe, ac vulgo Iudæorum. Tertij verò vocati exiterunt Gentiles. Titus Bostreni. Quia gentes, ait, intoleranda quadam errorum seruitute tenebantur, diabolo, subdita, Dei autem, diuinæq; cognitionis prorsus ignari, propterea validiori quadam vocatione egebant, tali nimirum, qualis aliquam compulsionis speciem præ se ferret. Euthym. Cogi verò, ait, iussit eos, qui ex gentibus erant, non quod violentiam inferri præceperit, sed sub indicans, quod vehementiorem, ac constantiorem adhiberi prædicationem eis oporteat, ut ipse fortiter à demonibus detentis, & in profundis erroris tenebris dormientibus. Iudæi, qui ex lege, ac Scriptura cognitionem Dei habebant, vocantur ad cœnam. At Ethnici, qui belluinam potius, quam humanam vitam hæcenus vixerant; demonibusque seruierant, multisque erroribus detinebantur, vt ab illis extraherentur. tam instanti prædicatione, tantisque multiplicatis signis, ac miraculis excitandi erant, vt compelli viderentur, intus gratia Christi suauiter cooperante. Secundò. Dicuntur compelli illi, qui ex mundo, labore, ærumna, ac infirmitate ad Deum trahuntur iuxta illud Psal. 77. n. 34. Cum occideret eos, querebant eum. Vt late explicauit superiori quæst. & in præsentia differunt D. Gregor. Beda, Haymon.

Tertio. Cum Dominus destinat suum seruum ad domum cuiusque, solum suam cœnam paratam proponit, & inuitat, vt veniant; similiter cum ad plateas, & vicos ciuitatis seruum mittit, nullum compelli mandat. Sed solum vocat, vt accedant; at verò cum ad vias, & sepes destinat seruum, tunc inuentos compelli denuntiat; & cur modò cogi mandat inuitatos, & non antea. Antea degebant in domibus, ac plateis intra mundialem ciuitatem,

Infirmitate mouetur peccata.

Theodoret.

118.

119.

Baustreni.

Euthym.

Gentes ob sui ignorantiam compellenda.

Psal. 77.

120.